



**Gvillelmi Postelli De Repvblica**

**Postel, Guillaume**

**Lvgdvni Batavorvm, 1635**

Cap. III. Quomodo eligerentur magistratus Athenis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](#)

Quomodo eligerentur magistratus Athenis.

TRIPLEX fuit eligendo-  
rum magistratum ratio:  
sors, populare suffragium, stem-  
matum claritas. Primam ratio-  
nem Græci κλῆρον, alteram κλ-  
ηροβίαν, id est, manuum exten-  
sionem (quæ in sublime à populo  
dum aliquem probaret, fieri  
solebat) tertiam αἱρεσιν vocant,  
id est, electionem. Sorte sortito-  
ve deligebantur in eo loco  
quem Græci eam ob rem κληρω-  
σίαν dicunt, quicunque iudi-  
candi fungerentur officio: quo-  
modo dux & singuli fere magi-  
stratus Venerorum eligi solent.  
Illam vero rationem amplissime  
suo loco tradam. Senatus ille  
qui Athenis ita eligebatur, οἱ βα-  
λλῆται πολιγονοι, id est, consi-  
liorum D. virum dici solebat.

Popu-

## 44 DE REPUBLICA

Populari suffragio duces, tribuni militum, rei bellicæ & maritimæ præfecti suo munere fungebantur. Quibus suum munus concedebat propter opes & nobilitatem electio, illi erant *χερωποι*, id est, Choragi in ludis sacris & sacrificiis: quo in munere liberalitatem summam exercebant, impensas proprio ære & facultatibus suppeditantes. Hierant numero x. quo in honore se fuisse Demosthenes in oratione adversus Mediā ostendit. His tribus generibus omnia reipubl. vincula constare abundat. Ab iniuriis enim domesticis, vicinorum, exterritorumque, ius dicendo iudices defendunt, fines conservat & auger miles, religio expiat animos. Nunc quo se ordine singulæ dignitates offerent eas describam, ab Ariopagitis exordium ducento.

CAP.